

184.

Cod. CCLXXX. n. 1. 2.

Petrus de Rosenhaim Savaus; Prior Mel,  
licensur, obiit circa annum 1440; est ipidem,  
qui avizationes dedit Stephano de Kietten,  
ital, cum emitteretur ad Seitenstetten in  
causa reformationis, et Abbatem nostrum  
Laurentium dignitate privaret.

# Cod. CCLXXX.

Chartar: 4. Ser: 15.

B.  
6.5.

Joann: de Marienwerder Expositio Symboli  
Apostolorum. Finita tabula alphabetica ma,  
teniarum incipit majasatio. Venite ambule,  
omnes etc. Illud vide in Cod: CCXIV. n. 6.

1<sup>a</sup> - 127<sup>b</sup>

## 2.

Franc: de Brega Francisci de Brega quaestiones de corpore Christi.  
quart: de corpo Inscriptio sonat: Nota quaestiones de corpore  
re Christi. re Christi compilate per Reverendum Magistrum  
134<sup>a</sup> - 160<sup>a</sup> franciscum de Brega professorem sacre Theolo,  
gie. Initium est: Utrum Sacramentum eu,  
charitatis sit dandum laicali populo sub utra,  
que specie? In fine subscriptum est. Ceteri;  
ciunt quaestiones de corpore Christi compilate  
per Magistrum Franciscum Et sunt pronuncia,  
te per magistrum Conradum et finite per Gre,  
gonium filium Nicolai Potificis de Oppovasub  
ad dñi M. CCCC LX II. feria 4.

1. 160<sup>v</sup>

Scriptum hoc doctrinam Husi impugnatur,  
cujus quoque expressa fit mentio; author vero  
emditis videtur ignotus.

Stepha  
lect 3  
Ide au  
Ecclie  
161<sup>b</sup>  
II de C  
Civ  
III. de  
in  
Husji

3.

Stephani de Pa.  
lecte TractatusIde authoritate  
Eccler. Romanae161<sup>b</sup> - 242<sup>b</sup>II de Clavibus  
Eccleriae.III. de portis  
inferi

Husf. articuli

Stephani de Paleete tractatus tres.

Primus de authoritate Ecclesiae Romanae inci-  
pit: "Tu es Petrus et super hanc petram edi-  
ficabo ecclesiam meam. Mt. XVI. Exploratus  
est. Atque fidem apostolorum per interrogatio-  
nem."

Secundus de Clavibus Ecclesiae incipit: "Tibi  
dabo claves regni caelorum &c. Licet omnes apo-  
stoli pari consorcio."

Tertius de portis inferi, seu quatuor articulis  
Wynlesfirtanum, et Husfirtanum. Hi articuli  
tractatum praecedunt cum inscriptione: Se-

quitur Tractatus Wynlesfirtanum et husfirtanum  
per eos presentatus serenissimis principibus  
Regi Polonic et Magno duci litvanie, Lithu-  
ania. Et in fine: Datum a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> M<sup>o</sup> ccccxx.

Sunt iidem articuli, de quibus jam diximus  
in Cod. CCLXXVI. Prologus tractatus in-

cipit: "Porte inferi non prevalebunt adversus  
eam. Mt. XVI. Auctoritas Ecclesiae tanta est."

Atque tractatibus praemittitur prologus com-  
munis omnibus, qui cum nonnulla contineat  
de Stephano hactenus incognita, dignum  
censeo, ut describeretur; est autem is:

Quia teste beato Augustino in una Episto-  
la ad beatum Ieronimum incomparabiliter  
pulchrior est fides Christianorum quam Helena  
Graecorum. Pro ista enim fortius nostri mar-  
tyres adversus hanc Sodomam scilicet here-  
ticorum, quam pro illa illi Heroes adversus  
Trojam dimicaverint. Proinde hoc  
exemplo promotus cogor ex professione verita-  
tis catholice adversus errores et hereses  
Wynlesfirtanum et husfirtanum asurgere,  
et eidem fidei et Ecclesiae Romanae exprobra-  
tibus verbum respondere, ne taciturnitas  
causa imprecationem domini dei inciderem

180.

Cod. CCLXXX. n. 3.

1 per gratiam sic dicentis Non fuit qui moveret  
 2 pennam et aperiret os et ganniret ys. x. Ideo  
 3 Ego Stephanus de Palecz minimus Professorum  
 4 Archidiaconus Calistensis ad laudem bene-  
 5 dicte Trinitatis et totius curie celestis ac ad  
 6 honorem Reverendissimi in xpo patris ac domi-  
 7 ni, domini Nicolai archiepiscopi sancte Ecclē-  
 8 sie Pragensis et Primatis, et venerabilis ca-  
 9 pituli ejusdem Ecclēsie ac totius denique univer-  
 10 saram orbem diffusum ad profectum legendo Mathe-  
 11 um tanquam lector ordinarius in eadem Ecclēsia  
 12 Quercenri, circa materiam lapsi XVI. tres col-  
 13 legi tractatulos. Unum de auctoritate Ecclē-  
 14 sie Romane sub themate Tu es Petrus, quam  
 15 Wylefiste et husfite negant et graviter im-  
 16 pugnant. Secundum de Clavis Ecclēsie  
 17 sub themate Tibi dabo claves regni celorum,  
 18 quibus Wylefiste et husfite penitus contra-  
 19 dicunt. Tertium de portis inferi i. e. qua-  
 20 tuor articulis erroneis quos Wylefiste et  
 21 husfite serenissimis principibus Regis/regi-  
 22 Polonie et magno duci Litvanie pro natho-  
 23 licis presentarunt sub themate Porte inferi  
 24 non prevalebant adversus eam, submitten-  
 25 eos correctioni sanctissimi domini nostri Ipo-  
 26 stolici Martini pape quinti, et sancte Roma-  
 27 ne Ecclēsie, ut si quid impente vel incaute  
 28 scriptum est, per ipsos qui Petri sedem et fi-  
 29 dem retinent emendetur, paratissimus ad  
 30 eorum informationem incaute scripta vel im-  
 31 pente reformare, et nihil deo concedente  
 32 pertinaciter defendere. "2c"

Stephanus de Palecz, non confundendus  
 cum Stephano de Praga, juratus Husfi adver-  
 sarius, Professor, et Rector Universitatis  
 Pragensis, moriens erat in Conc. Constantensi.  
 Annus ipsi lethalis ignoratur. Vide Saltini  
 Boh. docta edit. linguar. part. III. p. 205.

Tract.  
soph.

22-

Reveris  
lib. 7  
philos.

66

Tract.  
porr.

17

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 280

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27632](https://manuscripta.at/?ID=27632)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)